

צְבָה qvasi clypeo:) notat parvam seu A. scutum, habens acumen prægrande (juxta Aven,) à יְמִינֵךְ acuit: sicut contra יְמִינֵךְ dicitur clypeus major, undique tegens corpus portantis. Confer. 1. Reg. X, 10. 1. Chron. XII, 8. 24. Psalm. XCII, 4. Ezech. XXIII, 24. XXXVIII, 4. Jer. XLVI, 3. (Ex. 2. Chron. IX, 15. videtur יְמִינֵךְ magnitudine super- rasse יְמִינֵךְ nam ad illud dabantur sexcenti sicli, ad hunc tantum trecenti.) Hac ergo ratione, per vocem hanc partim piorum protectio, partim hostis invadentis per acumen istud vulneratio indicatur.

רַצְיָן beneplacitô vel benevolentia tuâ:) non praesidiis humanis, opibus &c. confer de hâc Dei benevolentia Prov. VIII, 35. XII, 2. Jes. XLIX, 8. LVIII, 5.

הַעֲטָרָה cinges eum:) ac undique ambiendo fortiter munies: verbum hoc יְמִינֵךְ cinxit: instat עַטְרָה corone, in kal tantum bis extat, b. l. & t. Sam. XXIII, 26. de Saule Davidem undique cingente, adeoque notat accuratam fortemque circumflexionem, ambitum, aut inclusionem, ubi quis elabi nequit, nec alius etiam invadere aut perrumpere, invitò ambiente.

USUS PRACTICUS E VERSU I.

De musicâ communis hic doctrina repetenda; item de Magnatum studio pietatis, ad exemplum regis nostri Georgievsk.

USUS E VERSU II.

(1) Ad solum Dominum, non per mediatores Sanctos, immediatè dirigenda sunt nostræ preces.

(2) Eadem vel expressis concepte sunt verbis, vel solis constant suspiriis, gemitibus ac meditationibus. v. L. de Oratione.

(3) Dens tanquam omniscius ac omnipræsens cuncta illa & audit, & intelligit. L. de Dei exauditione, omniscientia, &c.

USUS E VERSU III.

(1) Deus, ut rex est Deusque totius mundi, ita speciatim quoque cuiusvis invocantis; ejus proin fiducia debet esse specialissima, in promissis Dei evangelicis altè fundata, adeò ut quisque cum Paulo auctoritate dicere: Christus dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, Galat. II, 20. & cum Thoma: Dominus meus & Deus meus: Job. XX, 28. conf. Jac. I, 6. L. de fide ejusque obiecto appropriatio.

(2) Deus attendit; quidni potius attenderemus ipsimet nos ad verba precum vocesque proprias? id quod est orare in spiritu & veritate: Job. IV, 24.

(3) Precum ardor colligitur ex clamore. humilitas ex malefici supplicatione coram judge condemnatur. vide vocem hithpallel; continuitas multiplexque iteratio ex tot repetitus verbis ferè equipollentibus.

USUS E VERSU IV.

(1) Preces inchoare debent integræ diei negotia: mane audiatur vox nostra, domi, in templō.

(2) Sub initium periculi, adversitatumque maturan- de omnium primò preces, ne morborum demum auxilium expectemus ad adhibenda remedium.

(3) Devotio ad ordinandum verba imprimis neces- saria, non, quod Deus delectetur affectu verborum ornatu rhetorico, sed quia tumultuarium odit confusio- nem vagabundamq; mentem.

(4) Expectatione opus est patiente, et si differatur aliquandiu auxilium. Hab. II, 3.

USUS E VERSU V.

(1) Deus peccata extremè detestatur: per effectionem namque est ipsam justitia. Nullò proin modo, neque per accidens, peccati dicendus est causa. L. de Dei justitiâ. item de Peccati abominabili atrocitate.

(2) Qui & hic & illic felicitatem seculatur, ante omnia liberet seipsum ab iniuitate, defectus & admissa mala animitus detestando, ingenuè confitendo, gratiam in- solò Mediatore querendo, atque sic novitati vite serie studendo. hec nisi placuerint, faventem nunquam ex- perieris Deum; felicitas tua, si omnino per eam te Deus ad penitentiam inviaverit, (Roman. II, 4.) erit mo- mentanea. commorari non dabitur apud Deum vel in cœtu ecclesie.

(3) Impiorum fortuna piis non erit exitio: cessabit enim hac ipsa inopinatò.

USUS E VERSU VI.

(1) Jactantiæ ambitionis detestare vitium, nisi pro- prium accersere tibi velis ultrò exitium.

(2) Memento, te Judicis supremi sistendum alia quando oculis, qui elatos detestatur extremè, humiles vero exaltat: Luc. I, 51. seqq. L. de Judicio ult.

(3) Ut ut omnes peccato sumus contaminati, (Rom. III, 23. Ps. CXLIII, 2. &c.) non tamen omnes sumus operarii iniuitatis, b. e. proæretice aut temerarie peccantes, qui tales esse pergunt, odium Dei experientur infinitum: Deut. IV, 24.

USUS E VERSU VII.

(1) Mendacioquum est execrabile, sive id fiat ex animi levitate, seu lucri cupiditate, seu ex fastu, &c. v. VIII. præc.

(2) Pernicies mendacis etiam non adsit illico, ad- erit tamen suo tempore horribiliter, sive in hac, sive post hanc vitam; senties eandem quoad facultates fortuna, corporis, animæ, &c.

(3) Crudelitas sanguinaria, implacabilitas, immi- sericordia, homicidium, una cum ceteris quinti præceptivi vitii, abominationem DEI persentificant infallibiliter.

(4) Fraudulentia, proximum quomodo cum, cir- cumveniens, sive contractibus, sive conversatione nego- tiisque aliis, ut ut suum habere soleat multiplicem fucum, Deum tamen habet osorem certissimum. v. V. & VIII. C præceptum: item Matth. V, 22. seqq.

USUS E VERSU VIII.

(1) Locus congressuum sacrorum publicus, seu Tem- pla, frequentandus religiosè, freqventer, cum gaudiō: Ps. XXVI, 8. XXVII, 4. LXXXIV, 1. seq. Ebr. X, 25. Vid. III. præc.

(2) Gratia Dei non est arctè restricta ad electos solos, sed est copiosa, universalis, seria, efficacissima: v. L. de gratiae div. amplit.

(3) Adoratio fiat reverentissime, intuitu Dei in tem- plō præsentiam suam gratiostam polliciti, (Exod. XX, 24.) nec non Mediatores unici Messiae, per propitiatorium vetus significati, Rom. III, 25.

(4) Timor Dei est etiam penes Dei filios, sed filialis: v. I. præc.

(5) Sanctitas templorum non est inhærens, sed relativa.

USUS E VERSU IX.

(1) Imbecillitatem suam pii deprehendunt omnium opium; instar nutantium puellarum duci volunt à Deo suo;